COLLEGIO DE NOSSA SENHORA DOS ANJOS
(BARRO)
TORRES VEDRAS

13. 4. 1903.

Illustr. Domine Professor!

Cum vellem opus Tuum egregium „Sylloge fungorum omnium" emere peto, ut tomos 12–16 Tua intercessione pretio diminuto aquirere possim. Tomum 1–11 apud Friedländer jam emam, 12–16 etiam adjungerem si per Te aliquam pretii diminutionem habere potuerim. Cum expeditionem in Brasiliam praeparem expensae sensim sine sensu crescunt quare veniam mihi quaeso habeas, quod Te importuno.

Qui sum facile scies, cum non sim totaliter novus in sciencia a Te tanto apreciata et tanto exculta. Fui antes Feldkirch Professor gymnasii et eo tempore, Bresadola juvante, studui

florae illius regionis, sine Saccardo, sed
cum multis desideriis habendi opus tale,
unicum et indispensabile.

Responsionem potes mittere in lingua
italica, quam scio, sed qua nunc uti
nequeo propter continuum periculum
incidendi in idioma lusitanicum, quod
addiscere satago.

Adressa:

Prof. J. Rick
Collegio de Barro
Torres Vedras
Portugal

NB Mense Julio aut Augusto iter Brasiliense
aggrediar!

Offer L. 125 franco

Accipias estimationis meae summae
testimonium et gratitudinis in antecessum

affectum J. Rick S.J.

SL.3369